

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

lata cum fructibus inde acceptis & estimatione damni restituant ac restitu-  
tuta in pace dimittant. Restitutione autem facta si de iure litigare vo-  
luerint iudicio vestre discretionis omni appellatione ac contradictione  
cessante determinanda canonice committimus archipresbyteris decanis  
sacerdotibus per obedientiam mandamus ut ubicunque in potestate illo-  
rum predenominati Sancti Alb. vel supradicti excommunicati fuerint,  
sententiam excommunicationis ac ecclesiarum Interdictionis inflexibiliter  
teneant & observari faciant. Datum Lateran. II. Idus Marcii.

## LVII.

CHARTA SENTENTIÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZA-  
RINGIÆ UT ADVOCATI MONASTERII  
STEIN.

A N N O M C L X I X.

*Ex Tabulario Capituli D. Petri Basileæ.*

**R**erum dubietate emersa fineque legitimo decisa ne rursum resiliant  
ambiguitati quæ me coram gesta sunt scripto placet inferi & no-  
stro sigillo muniri. Quæ enim nituntur justicia stare debent immota ju-  
sto munimine digna. Vniversis igitur ista legentibus perspicuum esse vo-  
lumus quod ego *Bertolfs Dux & Rektor Burgundiæ* pro injuria ecclesiæ  
de Stein illata, cuius advocatus sum, cum abbe ejusdem loci domi-  
no Burcardo gravem me tam (a) judiciali ordine præsidente  
mouimus

(a) Forte legendum *tanquam*.

mouimus querimoniam in viros quosdam de Chilheim conditione liberos videlicet Adelgotum, Luipoldum & eorum complices quod jus foundationis trium ecclesiarum scilicet *Chilheim, Einmutteringen, Matro*, (a) suo mancipassent dominio quas tenore antiquitatis præfatam abbatiam ditioni suæ cum dominio fundatorio subegisse afferuimus. Quod illis infitiantibus seque a multis retro temporibus posse disesse afferentibus lege judicii ad probationem sunt constricti feriem igitur rei prout dixerant septem idoneis testibus licet me renitente comprobabant. Ut autem hæc illis de cætero inviolata permaneant judiciali auctoritate roboramus & sigillo nostro communitimus. Facta sunt autem hæc anno ab incarnatione domini millesimo centesimo sexagesimo nono indictione prima epacta prima concurrentibus II. his astantibus ac comprobantibus domino Heinrico de Larga Odelrico de Pincheim Cunrado de Baden Bertholfo de (b) Agrigrin Werhero Cunrado Burcardo de Blansingin Heberardo Rudolfo Theoderico de Gupho (c) Volmaro de Utenachir Lutoldo Starholfo Adelberto de Riedelicon Arnaldo de Efringen.

Præterea interfuerunt religiosi viri communicato quorum consilio rite hæc peregrimus videlicet dominus Guntramius decanus cum confratribus suis sacerdotibus Friderico Werhero Cunrado Adelberto Harwigo Cunrado aliisque plurimis, quos enumerare superfluum duximus.

(a) *Kirchen, Einmutteringen, & Märkt.*

(b) *Forte Eggingen.*

(c) *Hodie Gupf prope Tannenkirch.*

Nota. Abbatia de Stein (Monasterium S. Georgii in Stein) cum Abbatia Petershusana Civitatis Constant. hodie conjuncta, sita est ad Rhenum inter Constantiam & Schaphusium urbes. Vid. Charta ap. HERRG. Geneat. Habsb. T. II. ad A. 1240. Conf. BUCELINI Germania sacra Part. II. p. 84.